oculo. i. in aliquo peccato mortali tenet̃:
nõ p̃t educere feſtucã d̾ oculo fr̃is ſui. i.
nõ p̃ot exẽplo vite ip̃m informare vt ca/
reat peccatis et ſit vita ipſi9 ſine feſtuca
ꝑuoꝝ peccatoꝝ. Gre. Supiacta ſordes
tergere nõ valꝫ man9 que lutũ tenet. De
bet enĩ p̃lat9 ſubditũ informare verbo ⁊
exẽplo. io. xiij. Exẽplũ enĩ dedi vobis vt
quẽadmodũ ego f. ita ⁊ v. f. ber. Egregiũ
inſtrumentuꝫ eſſet oculus ſi ſeip̃m ſicut
alia videre poſſet Et ſic videt̃ ꝙ p̃lat9 in
mortali exiſtens non poſſet ꝓxĩm docere
nec ip̃m a peccatis mundare. Sed ꝯtra
Doctrina ẽ quedã elemoſina ſp̃ualis vt
dictũ ẽ ſupra. exiſtẽs aũt in mortali bene
p̃ot facere elemoſinã corꝑalẽ ergo m̃lto/
magis ſp̃ualẽ. cuꝫ ſit potior corꝑali. ergo
ꝛc. Ad hoc dicendũ ꝙ peccatuꝫ mortale.
aut eſt notoriũ. et tunc nõ debet docere:
nec mundare ꝓpter ſcandalũ. Si aũt ſit
occultũ p̃ot vtrũqꝫ facere licet ſꝑ cũ detri
mẽto aĩe ſue. q2 quicũqꝫ publice miſtrat
ſacramẽta in mortali exiſtẽs grauit̃ pec/
cat. Silr̃ q̃ ex officio publice docet. vt q̃/
dã dicunt g̈uiter peccat ſi in mortali exi/
ſtat. ro. ij. In quo enĩ aliũ doceſ teip̃m cõ
dẽnas. Secus ãt ẽ de elemoſina corꝑali
q2 nullũ orit̃ ſcandalũ inde ſicut de doct̃
na. cũ quis eſt in notorio peccato. Nec
q̃ docet ingnũ docet peccat ſed ingntuꝫ
dat malũ exemplũ. et ĩõ ſm̃ q̊ſdam ille q̃
eſt in peccato mortali occulto licet ſit in/
dignus docere. tamẽ ſine peccato p̃t do/
cere cũ inde nullũ ſcandalũ oriat̃. ⁊ doct̃/
na ſit quedã elemoſina. Et ſic pꝫ q̃ntum

## De ep̃la Sermo LXXIII.

NOn ſunt condi
gne paſſi. hui9. tẽ. ad fu. g. gr̃e i
nobis. ro. viij. Ex dubietate p̃
mij et ſupplicij multi peccant et nõ curãt
bene agere. Si enĩ hõ ꝑfecte crederꝫ glo/
riã ꝑadiſi et penas inferni. profecto bene
ageret ⁊ a malis caueret. io. iij. Vt om̃s
qui credit in ip̃m nõ ꝑeat. ſꝫ ha. vitã eter.
Et ideo ap̃lus in epiſtola hodierna fir/
miter probat gloriam futuram his qui
patiuntur pro nomine xp̃i dandaꝫ. In q̃
ep̃la quattuor facit. Primo oſtẽdit glo/
riã futurã eſſe ſupra merituꝫ paſſionum
quas hic ꝑ chriſto ſuſtinemus In ꝓnci
pio ep̃le. Scd̃o ꝓbat gloriã reſurrectõis
eſſe futurã ꝑ naturale deſideriuꝫ hũane
creature ibi. Naꝫ expectatõ creature re/
uelatõeꝫ filioꝝ dei expectat. Tercõ ꝓbat
idẽ ꝑ naturale deſideriũ om̃is creature.
ibi. Scimus enĩ ꝙ om̃is creatura ingem.
⁊ ꝑ. vſqꝫ adhuc. Quarto idem probat ꝑ
deſideriũ quod habent ſancti viri ex re/
uelatione ſp̃uſſancti q̃ nõ mentit̃ ibi Nõ
ſolum aũt illa ſed ⁊ nos ip̃i ꝓmicias ſp̃us
hẽntes intra nos gemimus Primo er
go oſtẽdit gloriã futurã eſſe ſupra meri
tũ paſſionum quas hic ꝑ xp̃o ſuſtinem9
dicens. Non ſunt ꝯdigne paſſi. hui9 tẽ.
ad futurã gl̃am ꝛc. Et hoc propter quat/
tuor. Primo quia paſſiones ſunt tꝑales

momētanee.⁊ gloria eterna. tp̄is aūt ad
eternitatē nulla ē cōparatō. minꝰ q̄ȝ gut/
te aque ad totum mare. vel pūcti alicuꝰ
ad totū celū. Scd̄o q: paſſiones ſunt le/
ues. gl̄a aūt eſt ponderiſ infiniti Et d̄ hiſ
duobus. ij. cor. iiij. Id eni qd̄ in preſenti
eſt momētaneū et leue tribulatōnis nr̄e
ſupra modū in ſublimitate eterne glorie
pondus operatur in nobis. Tercō q: tribu
latōnes in paucis malis ſunt. gloria vō
in multis bonis. ſap. iij. In paucis vexa/
ti in multis bene diſponent̄. ecc. lj. Mo/
dicū laboraui et iuei mi. mul. re. mat. xxv
Sup pau. f. fi. ſ. mu. te ꝯſti. Quarto quia
he ſunt impure. Sicut enī gaudiū mūdi
nō ē puruȝ. iuxta illud puer. xiiij. Riſus
dolore miſcebit̄. Sic et mūdi paſſio non
eſt pura. ij. cor. j. Qui ꝯſola. n. ī om. tribu.
nr̄ā. ps. Scd̄ȝ m̄ltitudinē dolorū meorū
in cor. m. ꝯſo. t. leti. ani. m. Et nota q̄ q̄m
uis paſſiones nō ſunt ꝯdigne ad futurā
gloriā ſunt tamē valde ꝯgrue ⁊ quaſi ne
ceſſarie ad pueniendū ad illaȝ gl̄am ꝑpt̄
m̄lta bona q̄ hn̄t efficere q̄ bona oportȝ
hr̄e volētē ad illā gloriā puenire. Hec āt
bona ſunt ſeptē. ¶ B ¶ Primū quia
tribulatō mētē illumīat. greg. Oculos q̄s
culpa claudit pena apit Unde ille diueſ
epulo nō eleuauit oculos niſi q̄n fuit in
tormentis. lu. xvj. et tūc cognouit lazarū
Et de nabuchodonoſor d̄r q̄ poſtq̄ȝ ſeꝑtē
fuit beſtia leuauit oculos ad celū Dan.
iiij. Pꝰ finē dieꝝ ego nabucho. oculos
ad celū leuaui et redditus ē mihi ſenſus
meus. Hec illuminatō figurata ē in illu
minatōne thobie. qui felle piſcis poſito
ſup oculos viſuȝ recepit. tho. xj. In ama
ritudine fellis intelligit̄ amaritudo tribu/
latōnis. eſa. xxviij. Tantū vexatō dabit
intellectum auditui. ¶ Scd̄m eſt q̄ cor/
roborat hoīes ſicut ignis laterē. quē ta/
men videt̄ ꝯburere. ro. v. Tribulatō pa/
tientiam operatur. paciētia aūt ꝓbatōem

Nota hic q̄ ignis laterem corroborat. ⁊
lapidem terit in calcem. ſic tribulatōnes
humiles q̄ ſe lutū reputant. Exempluȝ
huius hēmus in iob. in pharaone. Et il/
le eedē aque que fuerūt ꝑ muro a dextris
et a ſiniſtris filijs iſrael. ſuffocauerūt vi/
ros egiptioſ. Et ideo di. gre. q̄ niſi idē deꝰ
qui penā irrogat patientiaȝ preſtet ipſa
correptō peccatū auget. Sic erat corro/
boratus ap̄ls in tribulatōnibꝰ qui dice/
bat. Omīa poſ. in eo qui me ꝯfor. phi. iiij
Et iterū. Omīa ſuſtineo ꝑpter electoſ vt
ipi ſal. ꝯſe. ij. thi. ij. ¶ Tercīū ē q̄ purgat
animā a peccatis. gre. Quod flagellum
grano. qd̄ lima ferro. qd̄ fornax auro. hoc
tribulatō viro iuſto. malachie. iij. Sede
bit ꝯflans et emun. ar. et purgabit filios
leui. Sed de quibuſdā dici pt̄ illud hier.
vj. Fruſtra ꝯflauit ꝯflator malicie eorū
nō ſunt ꝯſumpte. argentū reprobū voca
te eos. Maledictū ferrum quod ex lima
contrahit rubigineȝ. ¶ Quartuȝ eſt qd̄
deſiccat deſiderū ab aquis deliciarū. et
ꝑ ꝯſequens ꝯſeruat. q: humidū corrum
pit. Unde carnes cōſeruando ſallant̄ vt
hūiditas a ſale ꝯſumet̄. Tribulatō ē mir
ra a putrefactōe ꝯſeruās. Hac mirra to/
tū corpꝰ xp̄i fuit inuolutū. Hec pauluȝ cu/
ſtodiuit ne ſupbiret. ij. cor. xij Ne mag.
re. extol. me. da. ē mi. ſti. car. me. an. ſath. q̄
me. coll. ¶ Quītū ē q: facit hoīeȝ ad deuȝ
velocíꝰ currere Equꝰ pig̃ nō currit bene
ſine calcaribꝰ Tribulatō āt ē q̄ſi q̄daȝ ſti
mulꝰ. gre. mala q̄ n. hic ꝑ. ad de. ire. ꝯpel.
Hō. n. ī tribulatōe poſitꝰ cogitat aliā vitaȝ
⁊ ad eā ire d̄ſidat. phi. j Cupio diſolui ⁊c.
Sextū ē q: eſt qddā ſignū q̄ ſumꝰ filij di
⁊ ab eo dilecti. heb. xij. q̄ ſi extra diſcipli/
nam eſtis. ergo adulteri ⁊ non filij eſtis.
Quem enim dominus diligit corrigit et
caſtigat. flagellat autem omnem filium
quē recipit. ¶ Filiꝰ. n. dȝ īcede ꝑ viā p̄ris.
via āt xp̄i p̄riſ nr̄i fuit ipa tribulatō ab ipiſ

cunabulis. Et iō ſi incedimꝯ ꝑ viā tribu
latōnis ſignū ē ꝙ vt filij veri ſequimur
patrē noſtꝝ xp̄m. Multa eni ⁊ ꝯtinua
ꝓſpitas non ē bonū ſignū ſʒ ē ſignū ꝙ ibi
non ſit d̄s. iob. xxviij. Nō inueniē in t̄ra
ſuauiter viuentium. Unō xp̄s q̄ſitus a
magis nō fuit inuentus in palatō regis
herodis ſʒ in anguſto vie. Hic cadit exē
plū ō btō ambroſio q̄n fuit hoſpitatꝯ cū
quodā milite qui dixit ſe multa ꝓſpita/
te potiri ⁊ nulla aduerſitate moleſtari.
Quo audito btūs ambroſius receſſit ⁊
noluit cū eo hoſpitari. ⁊ ſequenti nocte
domꝯ cū omibꝯ ꝓfundata ē. Iſtud ē illō
ſignū de quo d̄r in ezech. ix. Signa thau
ſuꝑ frontes viroꝝ gemētiū. Thau ē crux
xp̄i. i. amaritudo crucis xp̄i. quā ꝓ ſigno
filij dei ferunt in corꝑe. galꝫ. vj. Ego enī
ſti. do. no. ie. xp̄i in corꝑe meo porto.
Septimū eſt quia eſt quoddā pignꝯ he
reditatis eterne. q2 cū ad illā hereditatē
poſſidendā nō perueniatur niſi ꝑ mltas
tribulatōnes. iuxta illud Act. xiiij. Per
multas tribu. opꝫ nos int. regnū dei. et
arta ſit via que ducit nos ad vitā. qui in
hmōi via eſt inē tribulationes conſtitu/
tus iam habet pignus. ꝙ ad hereditatē
ꝑueniat quia ꝑambulat viā rectā illuc
ducentem. ij. thi. ij. Si ſuſtinebimꝯ ⁊ ꝯre
gnabimꝯ. Ro. viij. Si tamen ꝯpatimur
vt et glorificemur. C Et nota ꝙ inē
paſſiones et tribulatōnes vtiliſſima eſt
paſſio corꝑalis infirmitatis ⁊ hoc ꝑpter
q̄nq3. Primo q2 ipa ē quedā dei cor/
rectō et pro peccatis punitō. ⁊ iō libēter
⁊ cum patiētia eſt toleranda. iob. v. Be/
atus vir qui corripiē a dnō. Augꝯ Dnē
hic vre hic ſeca vt inet. par. Correctō aūt
dei ex magno amore ꝓcedit. eſa. xj. Egre
dieē virga. i. correctō de radice yeſſe. i. de
incendio amoris. yeſſe enī incendiū int
ꝑretatē. apoc. iij. Ego quos a. ar. ⁊ ca. Exē
plū de infirmo d̄ſꝑato cui medicꝯ dat q̄c
quid petit. Infirmū aūt quē credit ſana/
ri dietat valdē et amara medicina potat
Scdō q2 ipa ē q̄dam d̄i citatio vt hō
comꝑeat corā deo. vel ad audiēdum ſen
tentiā. ſi infirmitas talis ſit mortalis. vl
ad ſe purgandum ſi non ſit mortalis. Et
idō in infirmitate homo dēt ſe ꝑare. vt ſi
ſentētia ſit ꝯtra ipm faciat eā mutare ꝑ
verā contritōem ⁊ ꝯfeſſionē. Quia vt d.
gre. Et ſi dn̄us nō mutat ꝯſiliū. tamē
aliq̄n mutat ſententiā Exēplū in ezechia
cui deus mutauit ſententiā. q2 ꝯtritꝯ fle/
uit. Uel debet ſe ꝑare vt poſſit ſe purga/
re corā deo. q2 ibi ē aduerſariuſ noſter q̄
inceſſanter nos accuſat. iob. j. Cū aſſiſte
rēt filij d̄i corā deo. affuit inter eoſ etiā ſa
than ſcʒ ad hoīes accuſandū. Tercio
quia ipa carnē ſp̄ui ſubijcit. ⁊ facit rōnē
dn̄ari. ⁊ ꝑ conſeq̄ns virtutes in nobis hi
tare. ij. corꝝ. xij. c. Libenter gloriabor in in
firmitatibus meis. vt inhabi. in m. virtꝯ
xp̄i. Cū enī īfirmor tunc fortōr ſū ⁊ po
tens. Quarto quia ipa inimicū hoīs
ſcʒ ꝯcupiſcētiam carnis eneruat ⁊ quaſi
extinguit. eccli. xj. Malicia. i. infirmitas
vnius hore oblitionē facit luxurie ma/
gne. Quīto q2 ipe facit hoīe d̄ morte co/
gitare. Unde ezechias infirmatus dixit
Ego in di. die. me. va. ad por. inferi. Eſai.
xxxviij. Et facit etiā facta ſua diſponere.
Ibidē. Diſpone domui tue q2 morieris
tu ⁊ nō viues. nihil āt ē vtiliꝯ q̄ʒ d̄ morte
⁊ d̄ alia vita cogitare. q2 ex hoc cauet hō
d̄ pctīs. eſa. vij. Meōrare no. t. ⁊ inet. nō
p. Legitē i vitaſpa. ꝙ q̄dā abbas diſciplō
īfirmo petēti ſanari reſpōdit. Rētibi ne
ceſſariā petis amoueri. q2 ſi ferrū es ꝑ in
firmitatem rubiginem amittis. Si au/
rum es per ignem probatus. ad melio/
ra proueberis. Quia ergo infirmita/
tes et tribulationes ſunt ita vtiles ⁊ etiā
ſunt via ad celum ducentes. ideo ſunt
valde congrue ad ipā gloriam futurā

poſſidendam.et ideo libenter debemus
eas ſuſtinere. Et ſi volumus eas libenť
et cum paciencia ſuſtinere.dẽmus habe
re oculos mentis apertos. Unuʒ ſcʒ ad
gloriam paradiſi.quã ꝑ paſſiones acq̃ri
mus. Quia vt d.greg. conſideratõ p̃mij
minuit vim flagelli. et alteruʒ ad penas
purgatorij et inferni. quas ꝑ paſſiones
euadimus.aug. Ido diuina bonitas ira
ſcit in hoc ſeculo ne iraſcatur in futuro:
et miſericorditer adhibet temporaleʒ ſe/
ueritatẽ ne eternã iuſte inferat vltõnem
Et ſic patet p̃mũ. ¶ Secũdo apl's pro
bat hanc gloriã eſſe futuram. ꝑ deſideri/
um humane creature. Et eſt talis ratio.
Natale deſideriũ hoĩs nõ p̃t eſſe fruſtra
quia demõſtraret impfectõem facientis
qui tale deſideriũ poſuit et fecit in homi
ne. Exemplũ de feneſtra domus q̃ nun/
q̃ʒ deberet aperiri.manifeſtũ eſſet ꝙ taliſ
feneſtra eſſet fruſtra.et ꝑ conſequẽs ma
giſter qui fecit eam non fuit perfect⁹. Sʒ
omĩs homo natalit̃ deſiderat pfctm bo
num qd̓ eſt gloria dei. que in reuelatõe
filioꝝ dei dabit̃. Huius rõnis maior eſt
notiſſima. ꝛ iõ ipam ſilet. Mĩorẽ ãt po/
nit et ꝓbat. Et hoc eſt qd̓ di. Bene dico
ꝙ futura gloria reuelabit̃ in nobis.q² ex
pectatõ creature.i.hoĩs.qui eſt omĩs cre
atura eo ꝙ habet ꝯueniẽtiã cũ omĩ crea/
tura vt d.greg.ſcʒ eſſe cũ elementis.viue
re cũ arborib⁹.ſentire cũ aĩalib⁹ et intelli
gere cũ angelis.vel quia eſt finis omĩs
creature.mar.xvj. Predicate euã.omni
cre.i.hoĩ. Expectatõ in quã hoĩs.i.natu/
rale deſideriũ hoĩs expectat.i.expectan/
do deſiderat reuelatõem filioꝝ dei id ẽ
deſiderat gloriã dei quã filij dei hẽbunt
q̃ndo oſtendenť eſſe filij dei ſcʒ in btã re/
ſurrectõne.i.ioh.iij. Filij dei ſum⁹ et nõd̃
apparuit quid erimus. cum autem appa
ruerit ſimileſ ei erim⁹ Et bene dico ꝙ hõ
natalr̃ expectat illã gloriã futuram.quia
ipa creatura.i.hõ ſubiecta ẽ multe vani
tati corruptõis ꝛ mutabilitatis quã va
nitatẽ hõ nõ vult.quia omĩs hõ natura
liter refugit malũ. Sed deus ex iuſticia
ꝓpter peccata p̃moꝝ pentuʒ ſubiecit eã.
.i.hoĩem illi vanitati corruptõis ꝛ muta
tõis.gen.ij. Quacunqʒ die co.morte m.
Subiecit tamẽ eã illi vanitati ĩ ſpe fina/
liter liberãdi ab illa vanitate corruptõiſ
et mutatõis.ſcʒ in gloria filioꝝ dei Tunc
enĩ homo liberabitur a ſeruitute corru/
ptionis et mutatõnis.i.coꝝ.v. Nouiſſi/
me aũt inimica deſtruet̃ mors. Et iteruʒ
Oportet aũt corruptibile hoc induere ĩ
corruptõem. Et ſic pʒ ſecũdũ. Tercõ ꝓ/
bat id.ſ.ꝙ futã glã reuelabit̃ ĩ nobiſ ꝑ de
ſideriũ oĩs creature. Et eſt rõ talis. Na
turale deſideriũ oĩs creature nõ põt fru
ſtrari.q² vt dictũ ẽ oſtẽderet impfectõeʒ
condentis creaturã quod eſt impoſſibi/
bile. Sed omnis creatura hẽt naturaleʒ
quandã expectatõem ꝛ inclinatõem ad
futuram gloriam . eo ꝙ ſemp eſt modo ĩ
quodam gemitu et dolore quaſi parturi
ens pre labore fatigatõnis.quia ſemper
pagit miniſteria a deo ſibi cõſtituta. tũc
aũt quieſcet. Omẽ aũt qd̓ mouet̃ quocũ
qʒ motu naturaliter deſiderat quieſcere
ꝑ quod patet ꝙ omnis motus ꝛ circula
ris ꝛ rectus ꝛ naturalis quodãmodo in
naturalis eſt tendens ad quietem. In re
uelatione autem future glorie omĩs mo
tus ceſſabit .et omnis creatura quieſcet
q² dñ finis q̇eſcit hẽtur ꝙ etiã ea que ſũt
ad finẽ quieſcũt. Sed hõ ẽ finis oĩs crea
ture q̇ tũc q̇eſcet.ergo ꝛ oĩs creatura tũc
ſimiliter quieſcet. Et ſic omnis creatura
natali d̃ſiderio d̃ſiderat q̇eſcere. Hu⁹ rõis
maiorẽ tq̃ʒ notiſſimã ſilʒ.miorẽ ãt poit et
ꝓbat.ꝛ hoc ẽ qd̓ d. Scimus .n.ẑc.i.bene
dico ꝙ futura gloria reuelabitur in no/
bis.quia nos ſcimus per occultam fideʒ
ꝙ omnis creatura ingemiſcit.i. cõtinue

renouatur in gemitu ſuo mō.eo ꝙ ē ī cō
tinua opatōne ⁊ mutatōne ⁊ ꝑturit vſ
q₃ adhuc.i.ꝑ totū tēpus durat. Omnis
creatura ē quaſi ꝑturiens.q₂ eſt in conti
nua motōne ⁊ ꝯtinue explet ⁊ implet mi
niſteria a deo ſibi cōſtituta.ſ₃ ſup.qḋ cō
tinue mouet̄ ⁊ laborat naturalr̄ deſide
rat quieſcere.ſ₃ in illa gloria omīa quie
ſcēt.ergo omīa deſiderāt illā gloriā. ⁊ ſic
patet terciū. ¶ Quarto idē probat per
deſideriū quod habēt ſancti viri ex reue
latōne ſpūſſancti.Et eſt rō ſua talis.Im
poſſibile ē eē falſu₃ quod ſpūſſanctus ſā
ctis viris reuelat.ſ₃ nos q̄ hēmus p̄mi
cias ſpūſſancti ex eiuſ reuelatōe expectā
tes ſum⁹ adoptōnē filioꝝ.ſc₃ redēptōnē
corpis noſtri.i.glorioſa₃ reſurrectōe₃.in
qua ⁊ ꝑ quā apparebit ꝙ nos ſumuſ filij
dei adoptiui et redēpti a dnō.nos inq̄m
ſic expectātes ingemiſcim⁹.i.q̇tidie reno
uam⁹ gemitus.ꝙ hec gloria nō cito veīt.
q₂ vt dr̄ ꝓuer.ſpes q̄ differt̄ affligit aīam
ꝑs.Heu mihi q₂ īco.me.ꝓlon.ē.Hui⁹ rō
nis maiorē tanq₃ notā nō poīt. mīorē āt
poīt.Et hoc ē qḋ d.Nō ſolū āt illa .ſ.oīs
creatura expectat reuelatōnē filiorū dei
ſ₃ et noſipi q̄ habē⁹ p̄micias ſpūs.glo.et
tp̄e ⁊ dignitate ſiue pfectōne. S₃ nonne
patres ve.teſ.ſpū₃ſanctū habuerūt. Ad
qḋ dicendū ꝙ apli p̄mo habuerūt ſpūm
ſanctū in ſigno viſibili.Act.ij.Apparue
rūt il.diſp.li.tanq₃ ig.io.vij. Nondū.n.
erat ſpūs datus.ſc₃ in ſigno viſibili. Uł
dicendū ꝙ apli hūerunt p̄micias ſpūſſā
cti.q₂ ipi fuerūt p̄mi q̄ per ſpū₃ſanctu₃
xp̄o adheſerūt. Unde in no.teſ. ⁊ in fide
xp̄i ipi fuerūt p̄micie ſpūs.⁊ ideo magis
cari et accepti deo. ſicut p̄mitiue ficus
cariores ſunt. Nos inq̄m īgemiſcim⁹ ſc₃
ītus per deſideriū expectātes adoptō₃ fi
liorū dei.i. q̄ndo in filios dei adoptabi
mur.qḋ erit q̄n ſileˀs ei erim⁹. ſc₃ glorioſi
ī anima ⁊ corpe. Unō talis adoptō erit
redemptio corpis noſtri.q₂ tunc virtus
paſſionis xp̄i per quā redempti ſumus
applicabitur corpori noſtro.ꝑpter qua₃
glorioſum efficietur.Et ſic p₃ certitudo
illi⁹ glē.quā ꝑ paſſiōes p̄ſentes receptu
ri ſum⁹.quā hō et omīs creatura expc̄āt
q₂ in illa gloria ſol et luna et oīa elemēta
īduent noua₃ gloriā ⁊ quieſcent.eſa.xxx
Et erit lux lune ſicut lux ſolis.⁊ lux ſolis
erit ſeptēpliciter ſicut lux ſeptē dierum.
Ingemiſcamus ergo ſi nō facimus opa
digna illa gloria et ſi faciam⁹ opa digna
īgemiſcam⁹ q₂ nō cito imus ad gloriam
Et nota hic ḋ axa filia caleph. que ſedēſ
ſup aſinā et vadens ad virū ſuū īgemu
it.cui pater dedit irriguū ſupius et infe
rius.Axa vt d.gre.eſt aīma iuſti deo de
ſponſata que ſedet ſuper aſinā q̄ndo ſen
ſualitati ratō dnātur.et aīma doīatur
carni et tunc vadit verſus virū ſuum ſc₃
deū cui deus pater dat irriguu₃ ſuperi
us ſcil₃ pro dilatione future glorie. pſal.
Quando veī. et appare.ante do. de me.
fue.m.lacr.me.pa.die ac nocte. Dat etiā
irriguum īferius ſc₃ pro īcolatu preſen
tis miſerie.Tota eni vita noſtra plena ē
miſerijs et tamen in iſtis miſerijs multi
cupiunt diu ſtare.Et ſic p₃ totū de epſa.

¶ Dnica q̄nta de euāge. ſmo. LXXIIII.

Cum turbe mul
te irruerēt in ie.vt audi. v̄bu₃
dei et ſtabat ipe ſecus ſtagnū
geneza.lu.v.Ad ta p̄ncipalr̄ fili⁹ dei in
dut⁹ carne hūana veīt in mōm. Primo
ad veritatē docendā q₂ falſitate ceciera
m⁹ iob.xviij.Ego ad hoc natus ſu₃ ⁊ ve
ni in mundum vt teſtimoniu₃ ꝑhib.ve.
Secundo ad peccata et opera dyaboli
diſſoluendum et deſtruendu₃.quia pec
catis ligati eramus.i.Job.iij.In hoc ap
paruit filius dei vt diſ.opera dyab. Ter
cio ad vita₃ gratie et glorie nobis dādā.

q̄ omēs in morte detinebant̄. Jo. x. Ego
veni in mūdū vt vitā hēant. et abundan
tiꝰ hēant. Ibidē. Sic deus dilexit mūdū
vt filiū ſuū daret vt oīs qui credit ī ipm
nō pereat ſed hēat vitā eternā. Primum
iſtoꝝ videlꝫ vitatiſ doctrina pfecte ī hoc
euāgelio ꝯtinet̄. Nā et ꝑplꝯ cum feruore
audiebat. qđ ptꝫ q̄ irru. in ieſum et xp̄us
veracit̄ et gracioſe docebat eos q̄ ſedēs
de nauicula docebat eos. In quo quidē
euāgelio ſeptē ꝯtinent̄. Primū ē frequē
tia ꝛ deuotio ꝑpli ad verbū dei audiēdū
ibi. Cū turbe irru. in ieſuꝫ. vt aud. v. di et
ip. ſta. ſe. ſtag. ge. Stagnū genazareth vt
di. hed. idē eſt qđ mare galilee et tyberia
dis. ſed mare galilee dr̄ ab adiacēte ꝓuī
cia. mare vō tyberiadis a ꝓxima ciuita-
te quā herodes in honore tyberij ceſariſ
edificauerat. Stagnū vero genazareth
dr̄ a natura ipius laci qua criſpātibꝰ vn
dis ex ſe aurā excitare ꝑhibet̄. Mare ve
ro dr̄ cōſuetudine hebreoꝝ qui oēꝫ ꝯgre
gatōem aquaꝝ appellāt mare. Scđm ē
doctrina xp̄i ad ꝑplm inſtruēdū ibi. aſcē
dens aūt in vnā nauiculā que erat ſimo
nis rogauit eū a terra reducere puſillū
et ſedens de nauicula docebat turbas.
Terciū eſt p̄ceptū xp̄i ad hoīes p piſces
ſignatos piſcandum ibi. Duc in al. ꝛ la
xa. re. ve. in ca. Quartū ē piſciū captura
copioſa ꝛ occurſus alioꝝ diſcipuloꝝ ad
adiuuandū ibi. Et cū ho. fe. cōclu. piſ. mlt̄.
copio. Quintū ē hūliſ petri ꝓlocutō ad
xp̄m reuerēdū ibi. Qđ cū vidiſ. ſimō. pe.
pci. ad ge. ie. di. exi. a me dnē q̄ hō pctōꝛ
ſum. Sextū ē caplatus petri p̄figuratio
ad hoīes capiēdum. ibi. Noli timere ex
hoc iam er. ho. ca. Septimū ē pe. iacobi
et ioh. ꝯuerſio omibꝰ relictis ad xp̄m ſe-
q̄ndū ibi. Et ſubductis ad ter. na. reli. o.
ſe. ſunt eū. Primo ergo ponit̄ dūotō et
freq̄ntia ꝑpli ad v̄bū dei audiēdū q̄ tur-
be irru. ī ie. vt audirēt v̄bū di. Hec āt d-
uotō ꝛ freq̄ntia ex. viij. cābat̄. Dꝫ. Pri
mo ex raritate audiētie v̄. dei. j. re. iij. In
diebꝰ illiſ ſmo dnī erat p̄cōſꝰ. i. rarꝰ. Dē āt
raꝝ carū. ꝓpt̄ maliciā eni ꝑpli diſ p̄dicato
res ſubtraxerat. et iō erat mag̃ fames au
diēdi verbū di. amos. viij. Ecce ego im-
mittā famē in terrā nō famē panis nec ſi
tiꝫ aque. ſꝫ famē audiēdi v̄bū dei. Et hec
eadē fames erit in fine mūdi q̄n oēs iudi
cōuertent̄ et auide q̄rerēt q̄ eos doceat.
ps. Conuertent̄ ad veſꝑam ſcꝫ mūdi. ꝛ fa
mē pacient̄ vt canes. ſ. audiēdi v̄bū dei.
et circui. vt inueniāt doctorē. Si vō nō
fuererint ſaturati ſcꝫ v̄bo dei. murmura
būt. i. dolebūt et conq̄rētur. Mō autem
tot ſunt p̄dicatores q̄ nō ē audidas ī po
pulo ad audiendū verbū di. imo verbū
dei ꝯuerſuꝫ ē in nauſeā. Nu. xxj. Nauſe-
at aīa nr̄a ſup cibo iſto leuiſſimo. Et ta-
mē erat cibus optimus omnis ſaporis
in ſe ſuauitē habens vt dr̄ in libro ſapīe.
Sic eſt verbum dei ꝛ multo melius. et
tamen homines nauſeant ſup ipſo qđ ē
peſſimum ſignum infirmitatis anime.
Sicut eni cum auiditate ſumere cibum
corporalem et bene maſticare et digere ē
ſignum magne ſanitatis corꝑis. et non
ſumere cibum vel ſumptum non retine-
re ē ſignū magne infirmitatis. ſic libēter
audire v̄bū di. ꝛ ī cordē retiēre ē ſignū aīe
ſane. ꝛ nō audire vel auditū nō retinere
ē ſignū ifirmitatis aīe ꝛ nihil ꝓficientis.
he. iij. Nō. n. ꝓfuit illiſ ſmo auditꝰ nō ad
mixtꝰ fidi. ſ. viue q̄ ꝑopꝰ demōſtrat̄. Se
cūdo cābat̄ ex gr̄oſitate ꝑſone. erat eniꝫ
xp̄s affabilis valde ꝛ gr̄oſa perſona. ps.
Spēōſus for. p̄. fi. ho. Diffuſa ē grā in
la. tuiſ. Idem. Unxit te deus deus tuus
oleo leticie. Predicator autem affabi
lis et gratioſus aſpectu multum attra-
hit ꝛ dlcāt. ꝓuerbiū ē. cū ioculator diſpli
cet eius cantilena non placet ꝛ ecōuerſo
cum ioculator placet eius cātilena placꝫ

Criſo. Signū ſtudioſi agricole eſt meſſ
fecunda. ſignū boni negociatoris eſt te/
ca referta. ſignum gratioſi predicatoris
eſt eccleſia plena. ¶ Tercio cauſabatur
ex efficatia loquēdi. erāt enī verba criſti
efficaciſſima et tangentia cor. hiere. xxiij.
Nōne verba mea quaſi malleus conte
rens petras. io. vij. Nunq̄ȝ ſic locutus ē
homo. Nōne verbū ſalutatōnis marie
ad elizabeth ſanctificauit iohēȝ in vtero
exiſtentē et exultare eū fecit. quia forma/
tū fuit in ore xp̄i et egreſſum per os ma/
rie. ⁊ intrauit ꝑ aures elizabeth. vt dicit
criſo. Si ergo verbū xp̄i adhuc in vtero
exiſtētis tantā virtutē habuit quātā ha
bere debuit q̄ndo loquebat̄ ꝑ ſe. Et ſi lo
quēte petro omnes compūcti ſunt cord̄
⁊ baptiſati vt dr̄ act. x. Cecidit ſpūſſanct⁹
ſuꝑ omēs qui au. verbū. Quid debuit fi
eri loquēte xp̄o maiſtro petri Hiero. d.
q̄ dum rodi eſchineus exularet et lege/
retur illa demoſcenis oratō quā aduer/
ſus eū habuerat ⁊ oēs mirarētur. eſchi/
neus qui ip̄m audierat loquētē ſuſpirāſ
ait. Quid dixiſſetis ſi ip̄am beſtiam au/
diſſetis. verba ſua reſonantē Habȝ inq̄t
hieroni⁹. neſcio quid latentis energie. i.
v̓tuoſe opatōnis. viue vocis act⁹ ⁊ ī au/
res diſcipuli de autoris ore tranſfuſa for
tius ſonāt. Et de tito liuio di. Ad titum
liuiū lacteo eloquētie fonte emanantē d̓
vltimis hiſpaniarū galliarūq̄ȝ finib⁹ q̄ſ/
dam veniſſe nobiles legim⁹. ⁊ quos ro/
ma ad contēplationē ſui non traxit. vni
us hominis fama ꝑduxit. Et ido xp̄o p̄/
dicante tantam v̓tutē dederat voci ſue.
q̄ multi relictis omīb⁹ eum ſeq̄bantur ⁊
mares ⁊ femine. math. xix. ecce nos reli.
om. ⁊ ſe. ſu. t. Unde efficatiā eius loque/
le quedā mulier admirans ſurrexit ī po
pulo di. Beatus vent̄ qui te portauit et
vbera q̄ ſuxiſti. lu. xi. ¶ Quarto cauſabat̄
ex ſapiā verboꝝ. q̓ v̓ba altiſſimi et mag̃

ponderis ꝓferebat io. vj. Uerba vite et̄
ne habes. De ſalomone dr̄ q̄ ꝓpter ſapi
entiā eius omēs deſiderabāt ip̄m vide/
re et multi veniebant ad eum Et regina
ſaba venit a finibus terre audire ſapien
tiam eius. vt pȝ. iij. re. x. Sed xp̄s in infi/
nitum maiorē ſapiam habuit ſalomōe.
iuxta illud math. xij. Ecce pl⁹ q̄ȝ ſalomō
hic. Und̄ xp̄s duȝ loq̄retur ꝓpter altitu
dinem v̓borū eius quidā dicebāt q̄ inſa
niebat. quidā q̄ demoniū habebat. q̇dā
q̄ angelus ei loquebat̄. quidā credebant
q̄ doctrina eius eſſet ei infuſa a deo. vt
ip̄e dicebat ioh. vij. Mea doctrina nō ē
mea ſȝ eius qui me miſit patris. Et taleſ
eius doctrinā intelligebāt ⁊ nō alij Eſa.
vij. ſm aliā tranſlatōȝ Niſi credideritis
nō intelligetis. math. xiij. Uobis ē datū
noſſe miſteriū regni di. ¶ Quinto cāba
ex maliuolētia ſacerdo. ſcrib. et phariſe
oꝝ. Criſtus nāq̄ȝ p̄dicabat veritatē ⁊ nō
reuerebat̄ ꝑſonā. mat. xxij. Maiſter ſci/
mus q̓ verax es ⁊ viaȝ dei in v̓itate do/
ces. nō eni reſpicis ꝑſonā hoim. Et iō q̓
ſacerdoteſ ⁊ phariſei multū rep̄hēſibiles
erant. xp̄s mirabilit̄ ⁊ multū ꝯtra eoſ lo
quebat̄ quaſi in omni p̄dicatōe. ⁊ q̓ ipſi
odioſi erant ꝑplo. idō xp̄s ex hoc magis
placebat ⁊ plureſ ad eū veniebāt. et hoc
pctīs noſtris exigentib⁹ vſq̄ȝ hodie du/
rat q̓ ſi q̇s nō ſolū loq̄ret. ſȝ ꝑſeq̄ret cle/
rū mirabiliter placeȝ ꝑplo. ⁊ hoc ē ꝓpter
maliciā cleri ¶ Sexto cauſabat̄ ex bene
ficijs que ꝯferebat. nā v̓tus di d̓ illo exi/
bat ⁊ ſa. om. math. vij. Surdos fecit au/
dire ⁊ mutos loqui. Faciebat etiā aliq̄n/
do ꝑplo mirabilia ꝯuiuia vt pȝ io. vij. ⁊
viij. ¶ Septimo cauſabat̄ ex ſanctitate
vite. nā ad ſanctum iohēm p̄dicantē ml̓
ti vadunt ⁊ ſi nihil facit ꝯtra ſuaȝ p̄dica/
tionem. ſȝ eam ſeruat. xp̄s autē nullum
malum faciebat. io. viij. Quis ex vobis
arguet me de peccato. j. pe. ij. Qui pctm

non fecit nec inuentus ē doluſ in oꝛe ei⁹
Itē omīa que p̄dicabat ipe p̄mo omīa
faciebat. actu. j. Cepit ieſus facere ⁊ doce
re. Item aſpam penitentiā faciebat in ar
tiſſima paupertate. math. viij. Vulpes fo
ueas habēt et vo. ce. ni. filius āt hoīs nō
habꝫ vbi caput ſuū reclinet. ¶ Octauo
cābat ex vtilitate audiētie. vbi dī hꝫ. n. v
bū dī. vij. bona efficere ī audiēte. ¶ E
Primū eſt q2 illuminat intellectum. p̄s.
Lucerna pedib⁹ meis. v. t. Et idō verbū
dei ē oſtium ad habendū fidez. Quia vt
d. aplus. ro. x. Ergo fides ē ex auditu. au
ditus autē p verbum xp̄i. Scdo q2 infla
mat affectū ad amoꝛē celeſtiū. Vnde lo
quēte petro cecidit ſpūſſanctus: q̄ ignis
diuinus eſt ſup omēs qui audiebāt ver.
act. x. In cui⁹ figura eſaias dum deberet
mitti ad p̄dicandū volauit ad eū vn⁹ de
ſeraphin ⁊ calculo ignito quē foꝛcipe tu
lerat de altari tetigit labia eius ⁊ ſic īfla
matus alios inflamaret. eſa. vj. p̄s. Eloq̄
um dnī inflamauit eum. ¶ Tercō q2 fa
cit audiētes filios dei. io. x. Illoſ dixit de
os ad quos ſermo dei factus eſt ¶ Qua2
to. q2 paſcit animā. math. iij. Non in ſo
lo pane viuit hō ſed in omi verbo qd p
cedit de oꝛe eius. Quinto q2 ſanat. ſapiē
xvj. Neqꝫ herba neqꝫ malagma ſa. eos.
ſed ſermo tuus dnē qui ſanat vniuerſa.
Dum enī monet hoīem ad penitentiaꝫ
vt ptꝫ in niniuitis qui ad p̄dicatōnez io
ne ꝯuerſi ſunt. ione. iij. Et ſanctificat hoī
nē. ioh. xvij. Sanctifica eos in vitate ſer
mo tuus vitas eſt. manifeſtū ē q2 animā
ſanat. ¶ Sexto. q2 liberat hoīnem et facit
diſcipulū xp̄i. ioh. xv. Si manſeritis ī ſer
mone meo veri diſcipuli mei eritis. ¶ Et
alibi. Et veritas liberabit. vos. ¶ Septi
mo q2 beatificat. luc. xj. Beati qui audi
unt verbū dei et cuſtodiūt illd. iohā. xiij.
Si hoc ſcitis beati eritis. ſi feceritis ea.
Sed q2 verbū dī tot bona efficit dī. aug.

etiā de vbiſ dnī q verbū dei ē cum tanta
reuerentia ⁊ diligentia audiendū cum
quāta coꝛp⁹ xp̄i videndū et tractandum
Et ſic patꝫ p̄mū. ¶ Scdo ponit doctrīa
xp̄i ad pplm inſtruendū. q2 aſcē. in v. na.
Vbi nota q nauis xp̄i ē nauiſ innocētie
in q̄ xp̄s venit in mundū. Nauis petri ē
nauis penitentie. q2 petr⁹ pfectā peniten
tiā fecit. Eſt. n. penitentia ſm gre. p̄terita
mala deplangere ⁊ plāgenda iteꝝ nō cō
mittere. Qd beatus petr⁹ pfecte fecit. lu.
xxij. Egreſſus fo. f. ama. Hec penitētia p
crucē deſignatur. mat. xvj. Si qs vult v.
p⁹ me. ꝛc. tol. cru. ſu. i. penitētiā ⁊ ſeqt̄ me.
Hanc nauē ſcꝫ crucē aſcendit xp̄s vt pfe
cte poſſet docere. Tunc enī p̄dicatoꝛ pfe
cte docet q̄ndo in ſe oſtēdit facto qd p̄di
cat verbo. et iō xp̄s crucē aſcēdit. et de ip
ſa mirabilia docuit. Q2 vt d. aug. In cri
ſto pendente in cruce. inuenit exēplū oīſ
pfectōnis. Docuit ergo xp̄s pendens in
cruce tredecī pfectiſſima exēpla quib⁹ to
ta vita humana pfecte infoꝛmat ¶ F
Primo ergo docuit exēplum caritatis
q2 iuſtus p iniuſtis moꝛit. amicus p in
micis. ds p hoībus. ro. v. Cōmēdat deuſ
caritatē ſuā in nobis q̄niā cū inimici eſſe
m⁹ recon. ſu. do p moꝛtē filij eius: Vix. n.
p iuſto quis moꝛit. ſꝫ p impijſ ⁊ pctōꝛib⁹
qs audeat moꝛi. ber. Sup oīa amabilē
te mi. reddit hoē ieſu calix quē ſumpſiſti
opus redēptōis noſtre. ¶ Scdo docu
it exēplum penalitatis. q2 a plāta pedis
vſqꝫ ad verticē non fuit in eo ſanitas. vt
dr. eſa. j. Tren. j. O vos omēs q̄ trāſitis p
viā attēdite ⁊ videte ſi eſt doloꝛ ſicut do
loꝛ meus. ¶ Tercio docuit exemplū lar
gitatis quia ad vnū verbuꝫ dedit regnū
ſuum latroni. luc. xxiij. Hodie mecū eris
in paradiſo. Nota hic d allexandꝛo qui
nihil dedit reſpectu xp̄i et tamen largioꝛ
homo de mundo fuiſſe dicit. Et ſicut de
dit latroni. ita paratus eſt dare omni pe

tenti. Ad hanc ergo largitatē ſignādam
manibus pforatis pepēdit in cruce. quia
d hoīe largo dr ipe habz manus foratas
¶ Quarto docuit exemplūz paupertatis
qr ipa a bundātia boni ⁊ fons aque vi/
ue nudus ⁊ ſitibundus morit̄. Iohā. xix.
Sitio. Tren. iij. Recordare paup. ⁊ trā.
me. abſinthij ⁊ fellis. memoria mēor ero
⁊ tabeſcet in me anima mea. ¶ Quinto
docuit exemplū hūilitatis. qr mortez ab/
iectiſſimā elegit ⁊ cum iniqs deputatuſ ē
phi. ij. Humiliauit ſemetipm factus obe
diens vſqz ad mortē. mor. āt cru. ps. Ego
ſum vermis ⁊ non hō. ¶ Sexto docuit
exēplum pietatis ⁊ māſuetudinis. qa ad
interfectores ſuos oſtēdit viſcera pieta/
tis di. luc. xxiij. Pater dimitte illis qr ne
ſciunt quid faciūt. Nō verbū ita fuit vi/
ſum magne pfectōis audientib⁹. q audi
to hoc verbo multi ſunt ad xpm ↄuerſi.
vt di. hiro. hiere. xj. Ego quaſi ag. māſue.
qui por. ad vi. Longino etiā q pforauit ſi
bi latus dedit viſum ¶ Septimo docu
it exemplū ↄſtantie. qr nō fugit ſicut diſci
puli. ſed pceſſit eis obuiā dicēs. Quē qri
tis. Quibus reſpōdētib⁹ ieſuz nazarenū
ait Ego ſum. ioh. xviij ¶ Octauo docu
it exēplum ſapientie. qr tam ſapiēter dce
pit luciferum. ⁊ fecit ſicut piſcator hamo
quē abſcondit ſub verme. ſic xpus deita
tē ſub humanitate abſcondit. ⁊ dyabol⁹
qui credidit ipm cape captus ē. iob. xl.
An extrahere poteriſ leuiathan hamo
aut fune ligabis linguā eius. ¶ Nono
docuit exēplū obediētie. mat. xxvj. Paē
ſi poſſibile eſt tranſ. a me ca. iſt. verumta
mē nō ſicut ego volo ſz ſicut tu. ¶ Deci
mo docuit exemplū patiētie. qr depilat⁹
ↄſputus. collaphiſatus. verberat⁹. ⁊ fal/
ſe accuſatus. morti ↄdēnatuſ. affix⁹ cruci
⁊ mortu⁹ nō aperuit os ſuū. ita vt mira/
rēt preſes di. Marc. xiiij. Nō reſpōdes
qcqz. vides in qntis te accuſant. Vnd p/
pter eius nimiā patientiā herodes ſpre/
uit eū tanqz inſanum indutum veſte al/
ba vt dr. lu. xxiij. eſa. liij. Sicut ouis ad o.
du. ⁊ qſi ag. co. ton. ſe obmu. ⁊ nō ape. os
ſuū. ¶ Vndecimo docuit exēplū victorie
qr moriens vicit oīa. ioh. xvj. Cōfidite qr
ego vici mundū. aug⁹. Manu inermi et
affixa cruci debellauit aereas poteſtateſ
¶ Duodecimo docuit exemplū ↄpaſſi
onis. qr in tanta pena conſtitutus. ↄpaſ
ſus ē matri di. iohāni. ecce mater tua. io.
xix. Compaſſus ē petro negāti ſe ⁊ reſpe
xit eū. Compaſſus eſt toti generi hūano.
Et ideo cum clamore valido et lacrimis
affecit ſeipm et exauditus eſt pro reuerē
tia ſua. hebr. v. ¶ Tredecimo docuit exē/
plū completōnis et pfectōis. quia omia
que cōſtituit ei pater ↄpleuit. perfecit ⁊
ↄſummauit. ⁊ ideo ait. Conſummatū ē
et inclinato capite emiſit ſpūm. iohā. xix.
Bene ergo di. q ſedens docebat turbas
de naui. i. pendēs in cruce docuit ſancta
exempla omniū virtutū et omis pfectōiſ
Et ſic patz ſcdm. ¶ Tercō ponit preceptū
xpi ad hoīes p piſces ſignatos piſcādū
ibi. Duc in altū ⁊c. Quia ſicut di. apls. j.
cor. ix. nunqd deo cura eſt de bob⁹. Si/
militē nec de piſcibus capiendiſ. vt ppter
eos pceptū poſuerit. Sed ad aliud ſigni
ficandū hoc dixit nā altum pelagus ſm
allegoriam eſt gentiuz multitudo pfun/
data in abyſſo errorū et peccatoꝝ. Vt er
go xpiſtus ceſſauit loqui iudeis. i. p⁹ mor
tē et reſurrectōnē ſuam. dixit petro tāqm
capitāneo ⁊ alijs apliſ vt intrarent gētiū
pfunditatē ⁊ ibi laxarēt retia ſua. math.
xxviij. Docete om. gen. bapti. eos in no.
⁊c. Vnū rete eſt articuloꝝ fidei. aliud eſt
virtutū. aliud ē donoꝝ ſpūſſancti. aliud
ē ſacramētoꝝ eccleſie. Omia illa retia ex
panderūt apli ſup gentes ⁊ ceperūt innu/
merabilē multitudinē hoīm. ij. co. xij. Cū
eſſem aſtutus dolo vos cepi. Hiere. xvj.

Ecce ego mittā piſcatores multos et pi/
ſcabunt̄ eos. Et quare tot prendiderunt
certe quia xp̄s erat cum eiſ in naui.mat.
xxviij. Ecce ego vobiſcuꝫ ſum omni die
vſqꝫ ad ꝯſum.ſe. Quia niſi.gratia xp̄i fu
iſſet cū aptis in faciēdis miraculis ⁊ ī ali
is opibus paucos piſces cepiſſent. ſicut
et moderni tp̄is p̄dicatoreſ paucos infi/
delū ꝯuertūt Et ideo nō debent vocari
piſcatores.ſ; venatores ⁊ tota die venā/
tur et nihil capiūt hiere.xvj. Mittā eis
multos venatores et venabunt̄ eos. Sꝫ
apli ꝑ gratiā xp̄i et ꝑ ſpūm ſanctum. quē
in maxima copia ceperūt cōcluſerunt in
dictis retibus magnaꝫ hoīm multitudi/
nē. Sequit̄.et annuerūt ſocijs qui erant
in alia naui vt venirēt ⁊ eos adiuuarēt.
Due naues ſunt eccleſia gentiū et iude/
orū et de vtraqꝫ fuerūt piſcatores. Pe/
trus ergo et alij apli de eccleſia iudeorū
annuerūt piſcatoribus q̇ erāt in alia na
ui.i.in eccleſia gentiū.ſicut fuerūt marti/
res et cōfeſſores quibꝰ oſtēderūt volun/
tatē dei eſſe.vt ipi cum eis piſcarēt̄.luc.x.
Deſignauit dominꝰ ⁊ alios.lxxij.et emi
ſit illos binos ante faciē ſuā. Et ſic predi
catores de gentibꝰ inſimul cuꝫ aptis im/
pleuerunt duas naues de hoībus cōuer
ſis ſcꝫ triumphantē ⁊ militantē eccleſiaꝫ
Et nota ꝙ di. Rumpebat̄ aūt rete q꞉ nō
omēs conuerſi ſteterūt in reti fidei ⁊ vir
tutū et ſacramentorūꝫ.imo multi egreſſi
ſunt et fortiſſime fregerūt rete in multis
locis ꝑuertētes et fidē ⁊ virtutes ⁊ ſacra
menta.nā exiuit et fregit arriꝰ.ſabellius.
fotinus.manicheus ⁊ multi alij turpiter
retia ſupradicta et ꝑ ꝯſequēs eccleſiā va
ſtauerunt.ps. Exterminauit eaꝫ aper de
ſiula.et ſingularis ferus depaſtus ē eaꝫ.
.j.iob.ij. Ex nobis ꝓdierūt ſed ex nobis
non erāt. nā ſi fuiſſent ex nobis permā/
ſiſſent vtiqꝫ nobiſcum.j.thi.iiij. Spiritꝰ
manifeſte d.ꝙ in nouiſſimiſ tp̄ibuſ diſce
dent quidā a fide attēdentes ſpiritibus
erroris et doctrinis demoniorꝫ. Sed at/
tēde quid petrus anteq̄ꝫ retia laxarēt re
ſpondit di. Preceptor ꝑ totā noc.la.ni.
cepimꝰ. In quo verbo duo ſignificant̄.
Primū inutilitaſ p̄dicatorꝫ ve.teſt.⁊ eti
aꝫ noui qui p̄dicant verbū dei grā criſti
eis nō opitulāte. Predicatores eniꝫ ve.
te.piſcabantur in nocte.q꞉ in ve.te.omīa
erant velata ⁊ obtenebrata caligine. iob
iij. Obtenebrent̄ ſtelle.i. p̄dicatores cali/
gine eius. In cuiꝰ figura moyſes volēs
ꝑplō p̄dicare velabat faciē ſuā.exo.xxxiiij
In huiꝰ etiā figura dum dñus darꝫ le
gem moyſi in mōte ſynay ꝯpuit nubes
montē.exo.xix. Similiter dñus appa/
ruit in nebula in templo ſalomonis dū
dedicaret̄.iij.reg.viij. Piſcabant̄ etiā ſo
lum iuxta terraꝫ. q꞉ ſola terrena rep̄mit
tebāt.eſa.j. Si volueritis et audi. me bo
na ter.come. Et idō nihil ceperūt.q꞉ nec
vnā animā in nauem celi miſerūt.hebr.
vij. Nihil eni ad ꝑfectum adduxit lex.
Sed poſtq̄ꝫ xp̄s fuit paſſus et glorifica
tus et ſpūſſanctus datꝰ.omīa facta ſunt
clara.et celū ē aptum et mirabiles gratie
ſunt date et p̄dicatoribꝰ ⁊ ꝑplō. Et idō pre
dicatores no.teſ.nō piſcant̄ in nocte ſꝫ in
claro lumine.nec iuxta terrā q꞉ nō ꝑmit
tunt terrena.ſed vadūt in altū q꞉ rep̄mit
tunt celū et celeſtia.math.iij. Penitenti
aꝫ agite appro.e.re.ce.phi.iij. Noſtra con
uerſatio in celis eſt. Et ideo mītos piſceſ
tranſmittūt ad nauē celi. Predicatoreſ
etiā no.teſta.q̄ndo grā dei eis et ꝑplō nō
ſuffragat̄ nihil prendūt. Et idō petrꝰ dixit
In verbo tuo laxabo rete.i.in gratia ver
bi tui. Et ꝓpterea p̄dicatores ſemꝑ in p̄n
cipio p̄dicatōnis debēt ſpūſſancti gratiā
inuocare q꞉ ſine ipa nihil prēdūt. ¶ Se
cūdū ē ſtatus peccatoriſ qui ī p̄dicto ver
bo tripliciť deſcribit̄.ſcꝫ tenebroſuſ.labo
rioſus.et infructuoſus. ¶ C ¶ Prio

deſcribit̃ tenebroſus.q2 per totã noctem
di. Et ſi ſm beatũ iob omẽs q̄ſi ꝑe inolui/
mur tenebris.q2 vt phũs di. aĩa naſcit̃
ſicut tabula raſa in qua nihil eſt depictũ
et ad ꝑfectõem ſciẽtie vix aut nunq̃3 hõ
ꝑ totam vitam ꝑuenire pt̃.tamen pecca/
tor maxime tenebris eſt inuolutꝰ. Jo.iij
Dilexerunt hoĩes magis tenebras q̃3
lucem.erãt eñi eoꝝ mala opa. Vñ pec/
cator ꝯpatur noctue et buboni que ĩ cla
ritate diei nihil poſſunt videre ſed in ob
ſcuritate noctis. Peccator eſt ſicut hely
qui lucernam dei nõ poterat videre an
teq̃3 extingueret̃.j.regũ.iij. Sic peccator
nihil clarũ põt videre ſed ſi quid eſt ma/
le fumigans. ¶ Scdõ deſcribit̃ laborio
ſus q2 laborantes di. Peccatores mltũ
laborant et ſolicitantur in acquirẽdo tẽ
palia bona ⁊ ꝯſeruando.ſap.v. Ambu/
lauimꝰ vias difficiles laſſati ſumꝰ ĩ via
iniqtatis.hiere.ix. Vt iniq̃ agerent labo
rauerũt. Et huiꝰ rõ eſt quia pctõres ha/
bent multos dñõs quibꝰ oportet eos ſer
uire ſc3 omĩa vicia a quibꝰ tenent̃.hiere.
xvj. Seruietis dijs alienis qui nõ dabũt
vobis requiẽ.eccl's.v. Saturitas diuitꝭ
nõ ſinit eũ dormire.iob.xv. Sonitus ter
roris ſemp in auribꝰ illius. Tercõ deſcri
bitur infructuoſus.q2 nihil cepimꝰ dicit
Quid capit diues de oĩbꝰ diuicijs ſu/
is.certe nihil.iob.xxvij. Diues cũ dormi
erit nihil ſecũ auferet.aperiet oculos ſu/
os ⁊ nihil inueniet Exemplũ de illo diui
te qui dicebat. Anima mea habeſ multa
bona repoſita in an.plurimos.requieſc.
come.bi.epu. Et dictu3 eſt ei. Stulte hac
nocte repe.ani.t.a te.et que pa.cuiꝰ erunt
luc.xij. Similiter delicioſus q̃d capit de
omibus delicijs ſuis cum ip̃e fiat cibꝰ v̾/
mium.eccl'.x. Homo cum mortuꝰ fuerit
hereditabit vermes. Similit̃ ſuperbus
et vanigloriosus: quid capit de honore
ſuo cũ ip̃e recondat̃ ſub terra ⁊ conculce

tur ab hoĩbus et beſtijs.⁊ ꝓijciat̃ ad fo/
ueas ſicut aſinus.hiere.xxij. Sepultura
aſini ſepelietur putrefactus ⁊ ꝓiectuſ ex
tra portas hieruſalem. Et idõ recte vita
peccatorũ compat̃ aranee que euiſcerat
ſe ⁊ tota die obſeruat ad foramẽ vt capi
at vnã muſcã.eſa.lix. Telas aranearum
texerũt. Et ſic patet terciũ.⁊ q̃rtu3.q2 ter
ciũ nõ poterat bene exponi niſi cũ quar/
to mẽbro. Quĩto ponit̃ huĩl' petri ꝓlocu
tõ ad xp̃m reuerẽdum.q2 petrꝰ cum hoc
vidiſſ3.pcidit ad genua ieſu di. Exi a me
dñẽ q2 homo pctõr ſu3. Ex reuerẽtia ete/
nĩ petrꝰ locutus ẽ reputãs ſe indignum
q̃ tam ſanctus homo ſecũ maneret. ⁊ idõ
ꝓ reuerẽtia acceſſit ei bona gratia.vt ha
bet.eccl'.xxxij. Pro reuerẽtia acced3 tibi
bona gratia. Quãuis ꝯtrariũ debuiſſet
bene dicere.ſ. Domĩe ſta mecum q2 ego
pctõr ſum. ⁊ ſi ſum peccator ergo cecus.
infirmꝰ ſeruus et morti ꝯdẽnatus. Sta
ergo mecũ vt me illumines.q2 tu es lux.
ioh.j. Erat lux vera q̃ illuminat om.ho.
ven.in hũc mũdum. Sta mecum vt me
ſanes q2 medicus es.act.x. Qui ptranſi/
it omnibus benefaciẽdo.ſanando infir/
mos et oppreſſos a dyabolo. Sta mecu3
vt extrahas me de dyaboli ſeruitute.q̇a
tu es liber ſicut vere filius dei.ad Gal'.
iiij. Qua libertate xp̃us nos liberauit.
Sta mecu3 vt liberes me a morte.q̇a tu
es vita.ioh.x. Ego vitã eternã do eis.q̇a
ego ſum reſurrectõ et vita. Et ſic pt3 q̇n/
tũ. ¶ Sexto ponit̃ aplſatus petri ꝑfi/
guratõ ad hoĩes capiendũ et hoc ẽ Vo
li timere ex hoc enĩ3 er.ho.ca.i.ex his que
ex ꝑte tua hẽs ſc3 ex tua fide.q2 me dicen
te duc in al.⁊ lax.re.vrã.vere credidiſti pi
ſces cape tanq̃3 piſces ad impium meu3
ꝯuenirent ⁊ intrarent retia. Quã fidem
petrꝰ exp̃ſſit.mat.xvj.di. Tu es xp̃s filiuſ
dei viui. Et ideo petrus ẽ vocatꝰ.na3 pe
trꝰ interp̃etat̃ agnoſcẽs.q2 v̾e ⁊ ſup omẽs

cognouit xp̄m. Ex tua obediẽtia q2 ſtatī voci mee obdiſti et in altũ pelagus pro⸗ ieceres retia. pſ. In auditu auris obed. mihi. Nec excuſauit ſe petrus ꝓpter la⸗ borẽ. q2 tota nocte laborauerat in piſcã do. nec ꝓpter inutilitatẽ q2 nihil prendi⸗ derat. Ex his enī duob⁹ ꝯſueuit ſe hõ ex cuſare a mandato implendo. ſ. ꝓpter la⸗ borẽ ⁊ ꝓpter inutilitatẽ. Sed beatus pe trus nihil hoꝝ allegauit cũ poſſet. ſ3 ſim pliciter obediuit. ⁊ benedictus ipe ⁊ oẽs qui ipm̄ ſequunt̃. gen. xxij. In ſemīe tuo benedicent̃ omẽs gentes terre. q2 obedi ſti voci mee. Et iõ ſimon vocatus ẽ. na3 ſimõ inꝑpretat̃ obediẽs q2 xp̄o obediuit. in oĩbus. Ex tua reuerẽtia q2 te indignũ mea p̄ſentia iudicaſti. ⁊ iõ me ſanctũ re⸗ putaſti. ⁊ te peccatorẽ agnouiſti. Math. viij. Dñe nõ ſum dign⁹ vt intres ſub te⸗ ctũ meũ. Et ex tue artis innocẽtia. nã nõ exerces dolos. nõ facis vſuras. nõ rapiſ aliena. ſ3 ꝑ piſcatõem artẽ licitã. nl mali ꝯtinẽtẽ. victũ neceſſariũ q̄ris. gen. iij. In labore vultis tui veſceris pa. tuo. pſ. La bores ma. tua. q2 mãdu. bea. es ⁊ bene ti. bi erit. Multi ꝓpter mala que operati ſunt nõ ſunt digni fidei ⁊ penitẽtie grã3 obtinere. ro. j. Qui cum iuſticiam dei co gnouiſſent nõ itellexerũt q̊niã qui talia agũt digni ſunt morte. et nõ ſolũ q̇ ea fa⸗ ciũt ſ3 etiã qui ꝯſentiũt facientib⁹. Ex hiſ ergo q̄ttuor q̄ habes eris capiẽs hoĩes ad eadẽ quattuor. ¶ Primo ad tuã fi⸗ dẽ. nã in fide tua fides eccleſie fundabit̃. ⁊ in ipa omĩs homo ſaluabit̃. math. xvj. Tu es petrus ⁊ ſup hãc petrã. i. ſupra fi⸗ dẽ quã habes edificabo eccleſiam mea3. Scdo ad tuã obediẽtiã. nã te faciam ca put et patrẽ oĩm fideliũ. Ioh. xxj. Paſce oues me. Et tibi omẽs obedire tenebun tur ⁊ nõ ſolũ tibi ſ3 etiã tuis ſucceſſorib⁹. luc. x. Qui vos audit me audi. ⁊ qui voſ ſpnit me ſpernit. hebr. xiij. Obedite p̄po ſitis veſtris. et ſubiacete illis. ¶ Tercio ad tuã reuerẽtiã. q2 omẽs fideles te tan⸗ q̄3 patrẽ reuerebunt̃ ⁊ me in te ⁊ ꝑ te. gal. j. In me glorifiabũt deũ. Quãta reuerẽ⸗ tia beato petro fuerit exhibita et ꝯtinue exhibetur. nõ oportet demõſtrare. quia ad oculũ patet. nã ora impatorũ cũ mag̃ reuerentia oſculant̃ oſſa piſcatoris ⁊ nõ ſolũ oſſa ſed et veſtigia pedũ ¶ Quarto ad tuã artẽ. Duplicẽ artẽ habuit beat⁹ petr⁹. ſc3 artẽ innocẽtie ante ꝯuerſione3: vt dictũ ẽ. et artẽ excellentie p⁹ ꝯuerſiõe3 que fuit abſoluere hoĩes a peccatis ⁊ ſã⸗ ctificare eos. verbũ dei p̄dicare. corp⁹ cri ſti ꝯficere. eccleſie ſacramenta ꝯferre. de⸗ monia ab hoĩbus expellere. mortuos ſu ſcitare. infirmos ſanare et animas ad ce lũ tranſmittere. mat. x. Infirmos curate. mortuos ſuſcitate. leproſos mũdate. de⸗ mones eijcite. Ibidẽ. xvj. Quodcũq3 ſol ueris ſup terrã erit ſolu. et in cel. Hec eſt excellentior et nobilior ars in mundo. nã vt d. phũs. Una ars eſt nobilior alia du pliciter. ſc3 rõne materie vt aurifactiua. calcifactiua. et rõne finis. q2 vna ars eſt finis alterius. vt equeſtris frenefactiue. vel q2 eſt ad vtiliorẽ vel ad vniuerſalio⸗ rẽ finẽ. Unde iudices et milites q̇ habẽt defendere et regere bonũ ſtatũ toci⁹ ciui tatis habent nobiliorẽ artẽ q̄3 omẽs alij Sic ars petri et miniſtroꝝ xp̄i ẽ circa no biliorẽ materia3 mũdi. ſc3 circa aĩmas et corp⁹ xp̄i et veritatẽ docendã. Itẽ eſt finiſ oĩm artiũ. eccls. xij. Deũ time et mã. eiuſ obſer. hoc eſt oĩs homo. Itẽ eſt finis vni uerſalis oĩm et ſup omĩa vtilis. q2 cũ oĩa ordinentur ad hoĩem. et homo ordinet̃ ad deũ manifeſtũ eſt ꝙ redire ad deu3 et beate viuere eſt finis vniuerſaliſ omniũ aug. Feciſti nos dñe ad te et inquietũ eſt cor noſtrũ donec requieſcat in te. apoc. j. Ego ſum alpha et o principium et finis. Unã ergo vel alterã iſtaꝝ artiũ omnes

fideles habere oportet. nā primā artē ſcʒ innocentie oportet habere oēs fideles i ſeculo remanētes. vt ſcʒ de iuſto lucro viuāt. Unde militibꝰ q̄rētibꝰ a iohāne baptiſta quid deberēt facere vt ſalui fierēt: reſpondit iohānes. Neminē ꝯcuciatis. neqʒ calūp. fa. et contēti eſtote ſtipēdijs veſtris. luc. iij. Secūdā artē ſcʒ excellētie habēt omēs miniſtri eccie ꝛ viri pfecti ꝰ mōo exūetes ꝛ xp̄ʒ pfecte imitātes. io. xiiij. Qui credit in me ſcʒ pfecte opa que ego facio et ipſe fa. In eodē. xiij. Exemplū eni dedi vobis vt quēad. ego fe. v. ita ꝛ v. fa. Cariſſimi hēamus fidē petri. obedientiā reuerentiā. et artē eius vt poſſimus pueni re ad gloriā in qua cū deo manet. Et ſic ptʒ ſextū ¶ Septimo ponit̄ petri iacobi et iohānis conuerſio omibus relictis ad xp̄m ſequendū. qꝛ ſubductis ad terram nauibus relictis omibꝰ ſecuti ſunt eum. Ubi nota ꝙ triplex fuit vocatō aplōrūʒ Prima ad ſimplicē xp̄i noticiā de q̄ agitur io. j. Inuenimus meſſiaʒ qui dr̄ xp̄us Scōa fuit ad xp̄i familiaritatē. de q̄ agit̄ in hoc euāgelio. Ubi bed. d. ſup hoc verbo. ex hoc iā ho. eri. cap. Nondū in apoſtolatū eligit̄ ſed p̄dicit̄ ꝙ aliq̄n ſit eligenduſ Et glo. hic ſup hoc v̄bo. ꝛ ſubductis ad terrā nauibus ꝛc. di. qꝛ adhuc hēbāt voluntatē redeūdi ad ꝓpria. Tercia fuit in aplātum q̄n xp̄o relictis omibꝰ iſepabiliter adheſerūt. de qua agit Math. iiij. Uenite pꝰ me faciā vo. fi. piſ. ho. At illi ꝯti reli. omibꝰ ſecuti ſunt eū. ꝛc. Et ſic pʒ ſeptimū.

## ¶ De eplā ſermo. LXXV.

OMneſ unanimeſ in orōne eſtote. j. petri. iij. Btūſ petrꝰ pater ꝛ magiſter xp̄ianorū in eplā hodierna magnā ꝛ vtilem doctrinā nos docet. In qua quidē eplā qnqʒ facit. Primo ſex v̄tutes vite ḡtie neceſſarias poſſidere vnanimit̄ nobis mādat. in principio eplē. Scōo ad patiētiā in malis habendā nos inducit ꝛ ꝯfortat ibi. Non red. malū ꝓ ma. nec maledictū ꝓ ma. ſed ecōtrario bene. Tercō horum duas rōnes aſſignat. ibi. Quia in hoc v. eſ. vt bene. he. poſ. Quarto ne in ꝑlio ſuccūbamus timorē inimicoꝝ a nobiſ excludit et firmiter aſſecurat ibi. Et qs ē q̄ vo. no. ſi. bo. emu. fueritis. ſed ꝛ ſi quid pa. ꝓpter iuſt. beati eritis. Quīto pcordialeʒ xp̄o reuerentiā exhibere nobiſ impat ibi Dominū aūt xp̄m ſancti. in cordibꝰ vrīſ

¶ Primo ergo beatus petrꝰ ſex v̄tutes vite gratie neceſſarias poſſidere vnanimiter nobis mandat. que ſunt orōnū inſtantia. afflictoꝝ ꝯpaſſio amor fratrum. in paupes mīa. opm modeſtia. et cordis hūilitas. ¶ Primo nobis mādat. ſiue nos exhortat̄ ad inſtantiā orationuʒ. qa omēs vnanimes in orōne eſtote. ¶ N Ubi nota ꝙ ad orōnū inſtantiaʒ q̄ttuor nos dēnt inducere. ¶ Primo magna neceſſitas ex pte noſtra qꝛ in infinitis miſerijs ſumꝰ. et infinitis piculis ſubiacemꝰ. apoc. iij. Neſcis qꝛ tu es miſer et miſerabilis ꝛ pau. ꝛ nu. ꝛ cecꝰ. ij. coꝝ. xj. Periculis flu. picu. la. pi. in ci. pi. in ſo. pi. in mar. pi. in ter. pi. ex ge. pi. ex ḡe. pi. i falſ fratbꝰ.

¶ Scōo magna libertas ex pte dei qui inuitat nos ad petēdū ꝛ iurat ꝙ q̄cquid petierimꝰ dabit nobis. Joh. xvj. Amē amē dico vobis ſi qd peti. pa. in noīe meo dabit vobis. pe. ꝛ acci. ¶ Tercō magna fidelitas nūcij ſcʒ angeli orōnes nrāſ ante deū deferentis. tho. xij. Quādo auteʒ orabas cū lacrimis. ego obtuli orōnes tuas ante doīnū. ¶ Quarto magna efficatia ex pte orōnis. nā orō efficaciſſima eſt ad obtinendū a deo q̄cquid hō petit. de cuius efficacia dictū eſt ſupra in dnīcali euangelio āte aſcenſionē. ps. Intret orō mea in ꝯſpectu tuo. Mag virtus ꝑ

fecte oꝛōnis que āte deū vadit ⁊ manda-
tū pagit. quo caro ꝑuenire neq̄t. actu. x.
Orōnes tue et elemoſine aſcenderūt in
ꝯſpectu dei. ¶ Scḋo nos hoꝛtat̄ ad cō-
paſſionē afflictoꝝ q2 ꝯpatienteſ. Dēmꝰ
ergo afflictis cōpati ꝓpter quattuoꝛ.
I ¶ Primo q2 vt di apl's epb. iiij. Oēs
vnū coꝛpus ſumus in xp̄o. caput aūt cri
ſtus eſt. Si aūt patit̄ vnū mēbꝛū cōpati
unt̄ ⁊ oīa mēbꝛa. ita cū patit̄ vnꝰ fidel'.
omēs debēt ei ꝯpati. ij. coꝛ. xj. Quis infir
ma. ⁊ ego nō infir. qs ſcā. ⁊ ego nō vroꝛ.
Scḋo q2 in hoc xp̄o maxīe aſſimilamuꝛ
qui cōpatiens miſerijs noſtris voluit fi
eri homo. et eas expiri. vt ab ipis nos li-
beraret. Ad hebꝛ. iiij. Nō hēmꝰ pontifi-
cē qui poſſit ꝯpati infirmitatibꝰ noſtris
tēptatū aūt ꝑ oīa ꝓ ſimilitudine abſq3
pctō. Io. vj. Miſereoꝛ ſup turbam. Cō-
paſſus eſt enim petro ⁊ reſpexit eum.
marie magdalene et apparuit ei. Cōpaſ-
ſus eſt etiā aplis ⁊ venit ad eos ¶ Ter-
cio. q2 in hoc ope multū ꝯmendamur et
